

*B. N. II, 118.*  
*n. 27, 3.*

II R  
1936

EXERCITATIO JURIS PUBLICI  
DE  
**BELLO SOLENNI  
IMPERII,**

AD  
ILLVSTRATIONEM ART. IV. CAPITUL. CAROLINÆ  
QVAM  
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS  
CONSENSU

*P R Æ S I D E*  
D. JO. JACOBO MASCOVIO

PUBLICÆ DISQVISIONI  
D. V. JUNII AN. MDCCXXI.

H. L. Q. C.  
SUBJICIT

*AUCTOR ET RESPONDENS*  
**FRIDERICUS ABRAHAMUS  
DE HOPFFGARTEN**  
EQUES THURINGUS.

---

LIPSIÆ  
LITERIS IMMANUELIS TITII.

*CS.* 3



EXERCITATIO JURIS PUBLICI

BELLO SOLLENNI

IMPERII

ALIKYTRATIONEM IN CIVITATE MONTANA

MAGNIFICENTISSIMO ORDINE  
CONSISTIT



D. JOHANNES

WILHELMUS

DOCTOR ET ABBAS

FRIDERICUS ABBAS

DE HOFFEGARTE

LITERIS IMMANUELIS



*SUMME REVERENDIS*  
ATQVE  
*GENEROSISSIMIS DOMINIS*  
DOMINIS  
**PRÆPOSITO**  
**DECANO, SENIORI**  
ET  
**CAPITULARIBUS**  
ECCLESIAE CATHEDRALIS  
NUMBURGENSIS  
*DOMINIS MEIS GRATIOSIS*  
HANC DISSERTATIONEM  
SACRAM ESSE JUBEO

FRIDER. ABRAH. DE HOPFFGARTEN.



SUMME REFERENDIS  
A T O V E  
GENEROSSIMIS DOMINIS  
DOMINIS  
P R A E P O S I T O  
DECANO SENIORI  
E T  
CAPITULARIBUS  
ECCLESIAE CATHEDRALIS  
NUMBURGENSIS  
DOMINIS MEIS GRATIOSIS  
HANC DISSERTATIONEM  
SACRAM ESSE LIBRO  
FRIDER. ABRAH. DE HOFFGARTEN.



*Summe Reverendi atque  
Generosissimi Domini.*



*I primum hoc academi-  
corum studiorum meorum  
specimen, Vobis præcipue  
consecrarem, præter san-  
guinis vinculum, quo non-  
nullis vestrum jungi summopere mihi  
gratulor, effecerunt multa singularis in  
me benevolentia, edita a vobis documen-*

*) 3*

*ta.*

ta. Atque illud inprimis, quod me in  
spem loci, aliquando in illustri Collegio  
vestro obtinendi, admittere non sitis de-  
dignati. Ita enim eniti me decuit, ut si  
non successus, conatus tamen certe meos  
in literis, simulque pietatem in vos, qua  
nihil unquam antiquius habebo, Vobis  
probarem. Sed dum indulgentiam ve-  
stram laudo, iterum me opus illa habere  
intelligo. Siquidem huic dissertationi,  
quod ipse arte & doctrina conciliare non  
potui decus, gratia qua illam accipietis  
dabit. Deum O. M. veneror, ut Vos,  
Summe Reverendi & Generosissimi Do-  
mini, per longam annorum seriem, reipu-  
blicæ, ac splendidissimis familiis vestris  
servet, omnibusque bonis ex voto cumu-  
let.

CON-

( o )

CONSPECTUS  
DISSERTATIONIS.  
SECTIO I.

DE IIS, QUÆ AD BELLUM IMPERII DECLARANDUM, INSTRUENDUMQUE PERTINENT.

- §. I. *Instituti ratio.*  
§. II. *Definitio belli imperii & divisio.*  
§. III. *Bellum, quod gerit imperator intuitu provinciarum hereditariarum, & exterarum, huc non spectat.*  
§. IV. *Quinam bellum Imperii offensivum suscipere possit? Jus belli cum statibus communicatum a Maximiliano.*  
§. V. *Idque iis in capitulationibus confirmatum, cum aliqua limitatione.*  
§. VI. *Limitatio de consensu Electorum ad indicendum bellum sufficiente, quomodo intelligenda?*  
§. VII. *Hippolytus a lapide refutatur.*  
§. VIII. *Ad decernendum bellum Imperii non requiruntur unanimitia suffragia.*  
§. IX. *Quod illustratur ex modo consultationum circularium.*  
§. X. *Quid obrineat in casibus, ubi electorum consensus sufficit.*  
§. XI. *Quid circa questionem, an bellum sit decernendum, observandum.*  
§. XII. *In decidenda questione, an bellum sit suscipiendum, ad prudentiam quoque respiciendum est.*  
§. XIII. *Iudicium belli imperii.*  
§. XIV. *De mandatis avocatoriis.*  
§. XV. *De commerciorum prohibitione.*  
§. XVI. *Ad imperii exercitum quæ pertineant?*  
§. XVII. *De duce belli: ut olim constitutus fuerit?*  
§. XVIII. *Penes quem hodie imperium in exercitu sit?*  
§. XIX. *De reliquis ducibus.*  
§. XX. *De jurjurando ducum.*  
§. XXI. *De stipendio ducis.*

§. XXII.

- §. XXII. De consiliariis bellicis.  
 §. XXIII. De officio & iurejurando consiliariorum bellicorum.  
 §. XXIV. De lustrationibus militum.  
 §. XXV. De militibus: quæ olim cogendi militem imperii ratio fuerit.  
 §. XXVI. Deliberationes de milite imperii perpetuo alendo.  
 §. XXVII. Quomodo hodie conscribatur imperii exercitus?  
 §. XXVIII. Ad exercitum imperii omnes status debitas copias mittere tenentur, nisi exempti sint, aut legitime excusati.  
 §. XXIX. An status neutras sequi partes possint?  
 §. XXX. De juramento militum eorumque stipendiis.  
 §. XXXI. De commeatu.  
 §. XXXII. Cura armorum & rei tormentaria.  
 §. XXXIII. De communi militia imperialis arario.  
 §. XXXIV. De modo adigendi status ad illas collationes.

## S E C T I O II.

### DE IIS, QUÆ IN BELLO GERENDO OCCURRUNT.

- §. I. De directione belli secundum leges & instituta Germaniæ.  
 §. II. Auctoritas belli ducum in exercitum.  
 §. III. Item circa prælia & obsidiones.  
 §. IV. De iure muniendi loca opportuna.  
 §. V. De transitu militum.  
 §. VI. De hospitacione & hybernis militum.  
 §. VII. De bello quaesitis: contributionibus hostibus: commeatu, nec non tormentis captis.  
 §. VIII. De provinciis captis.  
 §. IX. De disciplina militari.  
 §. X. Archimareschallus olim habuit curam disciplinae castrensis.  
 §. XI. Quinam non violandi?  
 §. XII. Exercituum religionis in castris.  
 §. XIII. De legibus & judiciis militaribus.

## S E C T I O





SECTIO I.  
DE HIS, QUÆ AD BELLUM IM-  
PERII DECLARANDUM, INSTRUEN-  
DUMQUE PERTINENT.

§. I.



**P**ericulum facturus studiorum acade-<sup>Instituti ra-</sup>  
micorum, rem bellicam imperii R. <sup>tio.</sup>  
Germanici selegi, in qua explican-  
da ingenium, calamumque exerce-  
rem. Vastum argumentum erat,  
cum nullus unquam populus Ger-  
manos armorum gloria supera-  
verit, & cum mutationibus reipublicæ, jus belli quoque &  
ratio instruendi, gerendique, mutata valde fuerit. Sed anti-  
quiora non tantopere persequi animus fuit, ac suffecisse vi-  
sum, si breviter annotavero, quibus gradibus ad ea instituta  
perventum, quibus hodie solenne imperii bellum constat:  
quibusque explicandis præcipue hanc operam dicavi. Sed  
hic quoque non tam cumulare testimonia scriptorum, le-  
gamque imperii effata, quam digerere materiam, & nova,  
A usum-

2 SECT. I. DE IIS, QUÆ AD BELLUM IMPERII

vsunque habentia discernere ab antiquatis consilium fuit. Interdum ubi leges scriptæ deficiunt, observantiam imperii in novissimis bellis subjeci, neque me quisquam hic quæ legis, quæque exempli sunt, confudisse existimet.

§. II.

*Definitio belli imperii, & divisio.*

Bellum imperii solenne est *publica armorum contentio, ab imperio Romano-Germanico contra gentes externas, aut status imperii, officio non satisficientes, suscepta.* Justitia & solennitas illius in eo consistit, ut secundum præscriptum legum fundamentalium imperii eo spectantium geratur. Cum vero contentionem publicorum armorum a toto Romano imperio susceptam esse dixi, & imperatorem & status ad eam concurrere intelligo. Ex descriptione objecti personalis patet, non hic mihi sermonem esse de bello, quod inter unum & alterum statum imperii, vel inter omnes status imperii & imperatorem geritur, Causam posui, cum exteri, aut status, officiorum suorum erga imperium immemores sunt: quæ partim jure naturali omnibus gentibus erga se invicem observanda dictantur, partim vero Romano imperio propria sunt, utpote ex constitutionibus illius, pactisque cum exteris derivanda. Finis denique belli imperii solennis in eo consistit, ut ab injuriis defendatur. Atque sic offensivum est, ubi priores Germani armis laceffunt hostem: defensivum, cum ab aliorum injuriis se defendunt, sive jam illatæ sint, sive certo imminant.

§. III.

*Bellum, quod gerit impera-*

Ex hæcenus dictis sua sponte apparet, nec huc spectare

## DECLARAND INSTRUENDUMQ PERTINENT. 3

ctare bellum, quod Imperator ratione provinciarum suarum hereditariarum in Germania, regnorumve extra fines imperii sitorum, gerit. Quale fuit, quod Leopoldus, tanquam Hungariae Rex, adversus Suecos in favorem Polonorum suscepit a 1657. ac ad pacem usque Olivensem gessit.

(a) Idem bellum Gallis suo nomine indixit, cum, vindicandi juris in Hispaniam causa, exercitum in Italiam mitteret. In ejusmodi bello, cum ratione exteri regni geritur, imperium Romano-Germanicum ad jungenda arma, jure quidem obstrictum non est. Solent tamen Imperatores in ejusmodi bello auxilia statuum imperii, vel singulorum, vel omnium quarere, atque obtinere. Quod in primis factum est in bellis domus Austriae adversus Turcam in Hungaria, quam, velut propugnaculum suum, merito Germania considerat.

(a) PUFFENDORF, de rebus gestis Caroli Gustavi L. IV. §. 37. sq.

## §. IV.

Bellum imperii dixi esse vel offensivum vel defensivum. Bellum offensivum Imperator pro suo arbitrio inchoare non potest, sed statuum imperii consensus comitalis accedere debet, cum e contrario in defensivo liberior ejus potestas sit. Operae pretium est investigare, quibus gradibus imperatorum potestas hac in parte circumscripta, & cum statibus communicata sit? Olim liberior eorum potestas: qui tamen cum statibus in comitiis communicare solebant consilia. Sed horum tandem auctoritas eo invaluit, ut consensus necessario requireretur: Sic Maximilianus I. suasu Friderici Electoris Saxoniae in comitiis Vormatiensibus 1495. promisit: Et

*tor intuitu provinciarum hereditariarum, & exterrarum, huc non spectat.*

*Quinam bellum Imperii offensivum suscipere possit? Jus belli cum statibus communicatum a Maximiliano.*

4 SECT. I. DE HIS, QUÆ AD BELLUM IMPERII

wolle ohne Wiessen und Willen der jährlichen Versammlung keinen Krieg oder Fehde anfangen. In quas angustias imperator inciderit, cum bellis Italicis, inconsultis statibus, se immisceret, atque illi negarent postea, se ad præstanda auxilia teneri, ex ipsius historia satis apparet. (a)

(a) Conf. CL. MULLERUS in præfat. ad theatrum comitorum sub Maximiliano I. Quis statuum animus, bello Imperatoris nomine Helvetiis denunciato, fuerit, docet BILIBALDUS PIRCKHEIMERUS de Bello Helvet. L. II. p. 78. 8t.

§. V.

*Idque iis in capitulationibus confirmatum, cum aliqua limitatione.*

Inde occasionem nacti electores, pactis, quibus Carolus V. imperium deferebant, disertis verbis caverunt, ne bellum susciperet, nisi consensu statuum, aut ad minimum electorum. (a) Sed reliqui status, ægre ferentes prerogativas electorum, in consultationibus de pace Vestfalica, (b) hanc quoque in specie limitationem tolli voluerunt. (c) Equidem tum nihil aliud impetrarunt, quam ut art. VIII. §. gaudeant, iis jus suffragii in omnibus deliberationibus, adeoque etiam, quibus de bello decernendo agitur, affereretur. In subsequuta capitulatione Ferdinandi IV. urgebant status omitti limitationem. (d) Sed electores, & tum, & in capitulatione Leopoldi, (e) ac Josephi (f) eandem retinuerunt. Imo licet in delineatione capitulationis perpetuæ omissa esset, inserta tamen fuit articulo IV. capitulationis Carolinæ: quo jus belli sequentibus verbis exprimitur: Wir sollen und wollen uns auch in Zeit unserer Regierung gegen die benachbarte Christliche Gewälte friedlich halten, ihnen allerseits zu Wiederwärtigkeit gegen das Reich keine Ursach geben, weniger das Reich in frembde Kriege implici-

DECLARAND. INSTRUENDUMQ. PERTINENT. §

plizieren, sondern uns aller Assistenz, daraus dem Reich Gefahr und Schaden entstehet, gänzlich enthalten, und kein Gezäncke, Fehde noch Krieg in und ausserhalb des Reichs, von desselben wegen, unter keinerley Vorwand, wie der auch sey, oder Bündnisse mit ihnen machen, es geschehe denn solches mit der Chur-Fürsten, Fürsten und Stände Consens, auf offenen Reichs-Tag, oder zum wenigsten der sämtlichen Chur-Fürsten Vorwissen, Rath und Einwilligung.

(a) Capit. Caroli V. art. XI.

(b) PFANNERI historia Pacis Vestfalicae L. III. §. 35.

(c) PUFENDORFF. de rebus Svecicis L. XII. §. 80.

(d) Vide monita illorum apud Auct. der Grund-Reste P. III.

c. 3. p. 199. n. 4.

(e) Artic. 3.

(f) Artic. 13.

§. VI.

Ultima verba duplici exponuntur ratione. *Qui-Limitatio de consensu Electorum ad indicendum bellum sufficiente, quomodo intelligenda?* Limitatio de consensu Electorum ad indicendum bellum sufficiente, quomodo intelligenda? dam ex illis concludere voluit consensum Electorum simpliciter, & in omnibus casibus bello imperii suscipiendo sufficere, ad reliquorum statuum sententias non tantopere requiri. Pro stabilienda hac opinione adducunt limitationem art. II. capitulationis Ferdinandi IV. insertam, ubi consensus electorum tantum sufficere dicitur, in casu extremæ necessitatis, ex nulla alia ratione omissam fuisse in subsequenteribus capitulationibus, quam ut pateret, electorum auctoritate omne in posterum bellum imperii decerni posse. Alterum sensum eumque rationi magis consentaneum alii suppeditant, qui verba supra memorata, de casu necessitatis explicanda esse statuunt. Itaque tota res ita est comparata, ut regulariter ad bellum decernendum requi-

6 SECT. I. DE IIS, QUÆ AD BELLUM IMPERII

ratur consensus electorum, principum, & statuum imperii comitalis, ut tum ex instrumento pacis Osnabrugensis, tum ex observantia, satis apparet: in casu vero extremae necessitatis, ubi periculum in mora, & preventio hostis timeretur, omnino consensus electorum unanimis sufficiat.

§. VII.

*Hippolytus a Lapide refutatur.*

Neque hic moramur Hippolytum a Lapide, qui hanc clausulam, oppressionem patriæ nominare non dubitat. Æqui enim rerum arbitri deprehendent, salutare imperio hoc consilium esse, cum serviendo occasione, brevi temporis spatio, plura recte & feliciter, quam alias multis annis geri possint: Quod si semper comitia primum convocari deberent, inter tot consultationum ambages sæpe illud quaderet: Dum deliberatur Romæ, capitur Saguntus.

§. VIII.

*Ad decernendum bellum imperii non requiruntur unanimia suffragia.*

Modum consultandi in comitiis de bello, hic exponere non necessarium duxi, cum idem sit, qui in aliis negotiis comitalibus. In hoc tamen inquirendum, utrum ad bellum imperii solenne decernendum unanimia suffragia requirantur, an vero major numerus sufficiat? Existimo autem majora, quoniam bellum, non est ex eorum numero, in quibus status tanquam unum corpus considerari nequeunt, omnino sufficere.

§. IX.

*Quod illustratur ex modo consultationum circularium.*

Momentum sententiæ nostræ inde accedit, quod in circularibus, ubi de re bellica deliberatur, majora concludant. (a) Quod cum non observaretur, & 1555. quererentur status paucos dissentientes, totius circuli consilia sæpe impedire, lege imperii denuo sancitum fuit: (b) pœnaque simul in immeritos

DECLARAND. INSTRUENDUMQ PERTINENT. 7

rigeros statuta: (c) Idemque post pacem Vestfalicam in recessu imperii novissimo decretum. (d)

(a) Rec. imp. de a 1512. S. 7. Und so die Sachen also treffendlich wären, die keinen Verzug erleiden mögten, soll man in den Sachen fortgehen, und dem, so durch mehrer Theil beschloffen wird, Folge thun.

(b) R. imp. 1555. S. 44. Wir setzen, ordnen, und wollen, was hinsie- ro in Executionis-Sachen, und Handhabung gemeines Frie- dens, durch den mehrern Theil der Stände eines jeden Craiß, denselbigen Craiß zu gute beschloffen und statuiret wird, daß solches durch den wenigern Theil nicht verhindert, noch hinter- trieben, sondern durch alle Stände, so viel der Beschluß einen jeden betrifft, ohne alles Verweigern getreulich vollzogen wer- den soll.

(c) Ibid. art. 50.

(d) R. I. de an. 1654. S. 183. In Craiß-Handlungen sollen über die in der Execution-Ordnung enthaltene, und dahin gehörige Verfassungs-Sachen, jederzeit die Majora statt haben, und die andere Stimmen denen mehrern nachzugeben verbunden seyn.

§. X.

Quoties vero electoralis collegii auctoritas ad bellum gerendum sufficit, utrum unanimes esse debeant, iterum quaritur. Ubi ad defensivum rite suscipiendum sufficere, si plures electores consentiant, putat Henniges, (a) offen- sivum e contrario unanimia requirere. Regulæ enim in- star ponit: Quoties in negotiis magni momenti omnium quidem statuum ad minimum autem electorum consensus requiritur, toties electorum suffragia unanimia esse de- bere.

*Quid obtineat  
in casibus, ubi  
electorum  
consensus suf-  
ficere?*

(a) Ad Capit. Joseph. art. XV. p. 186.

§. XI.

Quid circa  
questionem,  
an bellum sit  
decernendum,  
observandum?

Dixi, ante omnia in comitiis deliberari, anne bellum sit decernendum. Fundamentum præcipuum, ex quo hæc quæstio decidenda, sunt justæ causæ, quibus bellum, si suscipiatur, niti possit. Quibusnam vero ex causis juste arma capiant gentes, satisdocent naturalis jurisprudentiæ interpretes. Ad ea etiam principia examinanda sunt, quæ pro armorum justitia imperium Germanicum subinde attulit. In ordinatione executionis ad causas belli justificas refertur, si vicinus quid committat, quod contra instrumenta pacis tendat: si circuli cujusdam directorem, cui imperator aliquid exequendum demandavit, exterus princeps, animo executionem impediendi, aggrediatur. si exteri copias suas in territoria statuum, ipsis invitis, distribuant. Illustrari hæc possent ex variis bellorum indicationibus ab imperio factis: sed speciminis loco tantum delibare visum est, quæ in ultimo imperii bello adversus Gallos, a statibus an. 1702. pro justitia illius allegata sunt. (a) Accusabant regem Galliarum, imperfecta restitutione Philip-poburgi, & ditionum Palatinarum, simulque denegata & prorogata evacuatione urbis Brysaci, pacem Ryfvicensem violasse. Ipsum in episcopatum Leodientem atque Coloniensem, sub titulo copiarum circuli Burgundici, validum induxisse exercitum, munita loca occupasse, ipsisque præfidia obrufisse: porro electorem Palatinum ad exsolvenda debita, non tamen satis liquida, armata manu coegisse. Ducatum Mantuanum & Mediolanensem, feuda imperii, invasisse, commercium Rheni liberum, contra solennia promissa prohibuisse, negotiis imperii omnibus sese immiscuisse,



DECLARAND. INSTRUENDUM Q. PERTINENT. 9

cuisse, & denique regiones circuli Rhenani inferioris, & Vestfalici misere devastasse.

(b) Vid. declarat. belli in Cl. LUNIGII Reichs. Archiv Part. Spec. p. 192. de causis ultimi belli vid. IDEM P. Gen. p. 729. seq.

§. XII.

Justa vero causa, etsi adsint, nondum tamen negotium *In decidenda questione, an bellum sit, suscipiendum, ad prudentiam quoque respiciendum* efficiunt, sed & dispiciendum, utrum expediat bellum decernere, & an ex ipsius susceptione emolumenta ad imperium redundatura esse, probabilis spes sit. Cujus consultationis luculentum exemplum vidit Germania, cum post pacem Neomagensem, novæ Gallorum in imperium injuriæ quotidie cumularentur. Quæ tum magni electoris Friderici Wilhelmi consilia fuerint, PUFENDORFFIUS

(a) docet.

(a) de rebus Friderici Wilh. L. XVIII. §. 53. & 78.

§. XIII.

Si jam & justitia & prudentia arma suadeat, bellum *Indictio belli imperii.* publicatur, quod fit non solum in comitiis, sed etiam in cujusvis status territorio. In recessu imperii de an. 1544. (a) rex Galliarum hostis Christiani nominis, & imperii Germanici ab imperatore omnibusque statibus declaratur, quod tum cum Turcis arma adversus Carolum V. sociasset. Legati hostium cedere jubentur comitiis & solo Germanico, concessio simul salvo conductu. Sic an. 1674. Gravellium legatum Gallicum exire comitiis intra tres dies jussit D. Leopoldus. (b) Sic an. 1701 legatus Burgundicus de Neuveforge (c) & 1702. legatus Gallicus Chanois (d) excedere comitiis, decreto Cæsareo ad Mareschallum imperii hæreditarium transmissio, cogebatur.

B

(a) §. 3.

(a) §. 3. 4.

(b) Vid. mandat. ap. Cl. LUNIGIUM Reichs-Archiv P. Gen. T. I.  
p. 690.

(c) Ibid. p. 720.

(d) Ibid. p. 728.

## §. XIV.

*De mandatis  
avocatoriis.*

Bello imperii solempni indicto, in ipso jam apparatu belli primum est, ut literæ vel mandata avocatoria, auctoritate totius imperii promulgentur, quibus omnes duces bellici, tribuni, centuriones, omnesque præfecti militum, denique etiam milites singuli in ditione imperii Germanici geniti, vel bona possidentes, ab exercitibus & stipendiis hostium in Germaniam revocantur, ad arma pro salute patriæ capienda. Idem illis plerumque munus redditur, quo apud hostes functi erant. His mandatis clausula comminatoria & pœnalis adjici solet, quod illi, qui jussibus hisce non obtemperent, banno imperii sint feriendi, vel incapaces declarandi muneri in Germania unquam obeundo, bonis simul ipsorum mobilibus pariter, & immobilibus in imperii fiscum redigendis. Interdum & comminatio pœnæ capitalis adjecta fuit. (a) Exempla ejusmodi avocatoriarum passim extant: (b) solentque ab imperatore in regionibus suis hereditariis, & a statibus imperii in suis territoriis promulgari. (c) Nam quamvis libertas militandi exteris in Germania, & sancita sit legibus, & tot firmata exemplis, excepta tamen sunt arma, quæ adversus communem patriam feruntur. Qui vero ex regionibus Germaniæ, in quibus unicuique emigrare licet, alio fortunarum sedem transtulit, neque ullo amplius vinculo pristinæ civitati innectitur, secure hæc negligit. (d)

(a)R.

DECLARAND. INSTRUENDUMQ. PERTINENT. II

- (a) R. J. d. a. 1542. §. 33.  
 (b) avocatoria a. 1674. contra Suecos publicata exhibentur a PUFENDORFFIO de rebus gestis Frid. Wilh. L. XIII. §. 39. ubi simul docet, quos animorum motus concitaverint. Avocatoria contra Gallos a. 1688. & 1689. publicata exhibet Cl. LUNIGIUS *Neichs-Archiv. P. Gener. T. I. p. 711. sq.* Avocatoria contra Coloniensem vid. ap. FABRUM *Staats-Canzley T. VI. p. 569. contra Bavarum ibid. VIII. p. 53.*  
 (c) vid. R. J. d. an. 1542. §. 68. sq. it. d. an. 1641. §. 31. seq. & §. 83. seqq.  
 (d) Conf. SAM. PUFENDORFFIUS de obligat. erga patriam §. 36.

§. XV.

Porro omne commercium cum populo, qui hostis imperii declaratus est, prohibetur. Neque literas inde accipere, neque eo mittere, neque merces ex illa regione venientes in Germaniam inferre licet. Negotium cambiale penitus cessat, & omnes ministri hostium, aut homines suspecti Germania exire jubentur aut vi expelluntur. Sic cum imperium a. 1674. Gallis bellum declararet, legatus Gallicus de Gravelles imperio exire jussus est. Nulli ex ista natione officio quodam in Germania fungi permittitur, & qui in aula, vel quocunque alio loco jam munere gaudent, imo ipsi monachi in monasteriis vitam degentes, non amplius in imperio Germanico tolerantur, nisi de sincero ipsorum animo exacte constet, quo inimicitiam patriæ non suam facere, sed potius omni occasione utilitatem imperii promovere cupiant. Multo minus illarum rerum commercium liberum est, quæ usum in bello præstant, & quibus in damnum & detrimentum Germaniæ uti possent hostes,

*De commerciorum prohibitione.*

e. g. pulveris pyrii, plumbi, equorum, &c. In ultimo bello Gallico an. 1703. 15. Maji similiter prohibita fuerunt cum Gallis commercia, (a) quamvis collegium civitatum id deprecari conatum esset. (b) Quæ vero commercia & qua ratione tolerari possint, publicis tabulis definitum fuit. (c)

(a) FABRI Staats-Cansley T. IX. p. 722.

(b) Ibid. 639.

(c) Kayserl. Commerzien-Ordnung ibid. T. X. p. 402.

### §. XVI.

*Ad imperii  
exercitum  
quæ perti-  
neant?*

Ad exercitum bene instructum refero primo ducem & reliquos præfectos militum, tum milites ipsos, & denique arma, commeatum, & reliqua omnia, quibus opus habent, ad sui conservacionem, defensionemque. De singulis seorsim dispiciemus, & primo quidem de duce.

### §. XVII.

*De duce belli:  
ut olim con-  
stitutus fue-  
rit?*

Antiquis temporibus imperatores ipsi vel reges Romanorum hoc munus administrarunt. Recentioribus vero rarius eo functi sunt, donec D. Josepho Regi Romanorum, exercitus regendi certis conditionibus permitterentur. (a) Solebat vero olim Dux copiarum interdum constitui, etiamsi imperator ipse adesset. In expeditione Friderici III. adversus Burgundum, eæ partes deferebantur Marchioni Brandenburgico. (b) Hæc constitutio ducis pendebat ab imperatore, & statibus imperii. Interdum tamen a statibus imperatori relicta esse legitur, quod an. 1541. factum, (c) quo Imperator Carolus V. comitem de Furstenberg ducem adversus Turcas declaravit.

DECLARAND. INSTRUENDUM Q. PERTINENT. 13

vit. Similiter R. I. de an. 1567. (d) innuitur, status imperatori omnem rationem belli gerendi, una cum arbitrio constituendi ducis permisisse. Quandoque aliqui ex electoribus, & principibus imperii a statibus denominati sunt, quorum uni imperator officium supremi belli ducis contulit. (e)

(a) Conf. Ill. Auctor des Europ. Herolds. P. I. p. 940.

(b) Conf. OBRECHT de vexillo imperii, in academicis ejus p. 87.

(c) In R. I. de an. 1541. §. 55. sq.

(d) §. 33.

(e) R. I. de a. 1542. §. 23 24. Als nun aber von Churfürsten, Fürsten und gemeinen Ständen, auf jüngst zu Regensburg gehaltenen Reichs-Tage, der Kayserl. Majest. unterthänigst ergeben und heimgestellt worden, aus etlichen damahlen vorgeschlagenen Churfürsten und Fürsten einen obersten Feld-Hauptmann, über obbemeltes Kriegs-Weck zu erwählen, also haben wir den Hochgebohrnen Joachim, Marggrafen zu Brandenburg ꝛc. zum obersten Feld-Hauptmann erwählet und ernennet. Conf. MOEGLINGII dist. de summo militiae Imperialis praefecto, cap. 2.

§. XVIII.

Quo in loco novissimis temporibus hæc fuerint, non possumus melius, quam ex actis ultimi belli, quod auspicii imperii adversus Gallos gestum fuit, cognoscere. Summa in exercitu potestas erat penes duos duces (Reichs-Feld-Marschalle) alterum ex catholicis, alterum ex evangelicis electum. Et ut par utriusque potestas esset, & per vices regerent exercitum, in comitiis eo inprimis tempore desideratum, quo inter Marchionem Badensem Ludovicum, & M. Baruthinum non omnino de æquanda auctoritate conveniret. (a) Sed aula imperatoris inclinabat in

*Penes quem  
hodie impe-  
rium in exer-  
citu sit?*

partes Badensis, quod is & tempore prior, & simul legatus Cæsareus in exercitu (Kaysers. General-Lieutenant) esset, (b) præferbatque a rationibus belli, parem illam potestatem, & alterna imperia prorsus abhorrere. (c) Videtur autem aula cæsareæ omnino interesse, ut qui copiis imperatoris præest, simul imperii exercitum moderetur. Sed illa tum æmulatio sopita fuit morte Marchionis Badensis, 1707. 4. Jan. extincti, & Marchio Baruthinus primum imperii ducis locum, annexasque illi prærogativas consecutus est. (d) Tum Eugenius Princeps Sabaudia ab imperio constitutus alter dux a. 1707. & discedente Marchione Baruthino invitatus ab imperatore Serenissimus Elector Hanoveranus, nuuc Magnæ Britannia Rex, summo studio consilium probantibus imperii statibus. (e) Successit a. 1712. Serenissimus Dux Wurtembergicus. (f)

(a) Vid. conclus. III. colleg. 10. Nov. 1706. apud Fabr. T. XI. p. 540.

(b) Vid. Decret. commiss. d. a. 1706. 18. April. ibid. p. 513.

(c) Vid. Decret. commiss. d. a. 1707. d. 30. Jan.

(d) Conf. huc. spectantia ap. Fabr. T. XI. p. 566. sq.

(e) Vid. conclus. III. colleg. d. 1707. 17. Aug. ap. Fabr. T. XII. p. 496.

(f) vid. concl. III. colleg. d. a. 1712. d. 9. Sept. Fabr. XXI. 601.

## §. XIX.

*De reliquis  
ducibus.*

Post illos sunt summus præfectus equitum (General-über die Cavallerie) rei tormentariae præfectus (General- Reichs- Feld- Zeug- Meister) & ducum imperii legati (Reichs- Feld- Marschall- Lieutenants) alique majores præfecti, quorum notitia ex actis publicis petenda. Dispositumque est de præcedentia ducum, ut temporis, a quo eventi ad munus essent, rationem sequantur. (a)

(a) FABER. T. VIII. p. 520. conf. decr. a. 1713. 5. Jun. ap. eund. T. XXI. p. 758. §. XX.

## §. XX.

Juramentum fidelitatis supremus belli dux præstare debet imperatori & imperio Germanico. Promittit simul, *De jurejurando ducum.* se velle exercitus sibi demandati curam habere, ipsunque utilitatibus imperii, non propriis commodis impendere. In R. J. d. an. 1500. (a) formula sequentem in modum sese habet: Item soll der Hauptman geloben und schweren, daß er uns als Römisch-König und dem Heil. Reich, und seinen verordneten Regenten getreu und gehorsam seyn, unsern Schaden warnen, frommen und bestes werben, und ihm des Reichs-Volck so ihm zugegeben wird, getreulich befohlen seyn lassen, schirmen, und wissentlich nichts fürnehmen noch handeln wolle, uns oder dem, so wir an unser statt setzen werden, dem H. Reich, und desselben Volck zuwieder. Daß er auch mit solchen Volck, ohne der Reichs-Regenten an, unser und des Reichs-statt, Bescheid nichts fürnehmen, und daß er mit den Rath der Rät, so ihm von uns, dem Reich, und dem verordneten Reichs-Regiment zugegeben seynd, oder künfftiglichen werden, alle Ding handeln, auch alle und jede Articul, so in dieser Ordnung vor und nachgeschrieben stehen, stat und fest halten und vollziehen, und in dem allen keinen sondern Nuß, Vorthail oder Gefährd suchen oder Gebrauchen, ohne alle Gefährde. (b) In decreto 2. collegiorum imperii an. 1703. d. 16. Junii placuit: es hätten die obhochgedachten Herren Generale nach Anleitung der anno 1672. 1673. und 1674. ergangenen Reichs-Gutachten, auf die damahls concertirte formulam juramenti, denen Instructionen gemäß, Ihre Pfficht K. Maj. und dem Reich abzustatten. (c) Neque detraverunt

runt hoc principes, quamvis alioquin in Germania, fides ab ipsis verbo data jurisjurandi loco habeatur. (d) Serenissimus tamen Magnæ Britanniæ rex, cum ut elector Hannoveranus copiis præflet, ab illo juramento exemptus fuit. (e) Constitutus imperii dux diplomate ab imperatore munitur, quo potestas ejus, atque auctoritas omnibus colenda injungitur. (f) Uti vero ducibus abdicare se imperio militari integrum est, ita finito bello ab ordinibus, consensu imperatoris, honorifice dimitti solent. (g)

(a) §. 57.

(b) conf. R. J. d. a. 1535. §. 20.

(c) Formula similis fere est instructioni ducis, quam vid. ap. LONDORP. IX. l. 10. n. 28.

(d) Leopoldus Vilhelmus Marchio Badensis a. 1664. in comitiis jurato fidem dedit. LONDORP. IX. l. 10. n. 21. Quomodo Fridericus Marchio Badensis, & reliqui militiæ imperialis præfecti an. 1674. in comitiis Ratisbonensibus, deputatis imperii sacramentum dixerint docet HAGEMEIÆR de comitiis IX. p. 63. seq.

(e) Vid. Dn. STRUVII Synt. Juris. publ. c. XXIII. §. 14.

(f) diploma D. Leopoldi a. 1664. Leopoldo Vilhelmo, Marchioni Badensi, Copiarum imperii adversus Turcam duci, datum, vid. ap. LONDORPIUM T. IX. l. 10. n. 37.

(g) Ita an. 1664. induciis cum Turca pactis decretum in comitiis: Daß nach nunmehr erhaltenen Zustand der Waffen so wohl die Herren Reichs-Kriegs-Directores, als auch die hohe Generalität, und, und zwar ein jeder absonderlich durch höfliche Aufkündigungs-Schreiben, welche ebenmäßig das Chur-Maynsische Reichs-Directorium zu begreifen hat, nebens gebührender Dancksagung, ihrer bisher getragenen Charges und Pflichten, zumahlen Ihro Käyserl. Majestät albereit darenin gewilliget, auch von Reichs wegen zu erlassen. Vid. LONDORP. Cent. IX. l. 10. n. 58.

§. XXI.



## §. XXI.

Stipendium supremi belli ducis incertum est, & aliter fere in singulis bellis ab imperatore & statibus determinatum. (a) In bello Turcico an. 1500. Alberto Bava-ro, supremo belli duci, constitutum fuit salarium mens-truum 1300 florenorum. (b) Decreto, ordinatoque a. 1664. exercitu imperii adversus Turcas, duci stipendium 1800. uncialium, in singulos menses, constitutum fuit. (c) Cum-que de ejus tenuitate quereretur, nihil aliud obtinuit, quam ut Moguntinus se illa de re ad comitia relaturum polliceretur. (d) Interdum imperator solus, vel Rex Ro-manorum, salarium supremo duci soluturum se recepit. (e) Alioquin solvendum est ex collationibus statuum im-perii. (f)

*De stipendis  
ducis.*

- (a) R. I. d. a. 1542. §. 47. Und damit auch der Oberst-Feld-Haupt-mann unterhalten werden möge; so haben sich Churfürsten, Fürsten- und gemeine Stände verglichen und geordnet, daß zu solcher Unterhaltung und Nothdurfft ein mehrer Anschlag ge-macht, und nemlich ic.
- (b) Vid. R. I. d. a. 1500. §. 66. Item sollen ihm zu Sold für seine Mühe und Arbeit jeglichen Monats 1300. fl. gegeben wer-den.
- (c) Diar. Europ. T. X. p. 86.
- (d) LONDORP. P. IX. l. 10. n. XXI.
- (e) Exemplum legitur in §. 53. R. I. d. a. 1541. Ferner hat unser lie-ber Bruder der Röm. König bewilliget, gemeldte Stände mit den Befoldungen des Obersten ic. nicht zu beschweren, sondern dieselben zu unterhalten.
- (f) R. I. d. a. 1500 §. 74. und soll gemeldter Herzog Albrecht sei-nes Solds für sich und die Seinen auf das Geld, das von des

C

Reichs

Reichs Anschlag zu fallen wird, verwiesen, versichert und fähig seyn, &c.

## §. XXII.

*De consilia-  
riis bellicis.*

Duci adjuncti sunt consilarii bellici, qui regulariter ab imperatore & statibus eliguntur. (a) Interdum a circulis constitutos docet R. I. d. a. 1542. (b) Interdum & status imperatori curam legendorum demandaverunt. (c)

- (a) R. I. d. a. 1556. §. 52. So seynd von wegen der Churfürsten, Fürsten und gemeinen Ständen, zween zu Muster-Herren und Kriegs-Räthen, beyde Aemter samptlich zu vertreten, und zu versehen, verordnet, &c.
- (b) §. 25. verba sic se habent: Und diesem Obersten Hauptmann sind 10. Kriegs-Räthe zugeordnet, welche aus den 10. Craißen des Reichs erwählet und geschickt sollen werden, &c.
- (c) §. 33. R. I. d. a. 1567. Uns die Vernehmung und Bestellung zugleich der Kriegs-Räthe gehorsamlich und gutwillig heimge stellt.

## §. XXIII.

*De officio &  
iurejurando  
consiliariorum  
bellicorum.*

De officio consiliariorum bellicorum varia extant in R. J. dispositiones. (a) Quo ut fidelius fungantur, imperatori & statibus iurisjurandi religione se obstringunt. Quod in R. I. d. a. 1500. (b) ita constitutum, postea varie repetitum, (c) & denique in novissima capitulatione confirmatum fuit, qua simul disponitur, ut pari numero, ex utriusque religionis aequalibus legantur. (d)

- (a) Vid. R. I. d. a. 1557. §. 58. Und sollen obgedachte Kriegs-Räthe solche fürsichtige Anstellung thun, damit das Kriegs-Volk so anzunehmen, um ziemlichen Rauffnothwendigen Proviant bekommen, und haben möge, &c. indem dann gute Ordnung, mit deren Kriegs-Räthe Vorwissen, Rath und Zuthun fürgenommen und aufgericht werden sollen. R. I. d. a. 1566. §. 54. It,

DECLARAND. INSTRUENDUMQ. PERTINENT. 19

It. R. I. d. an. 1641. §. 62. Conf. Instruktion der Herren Reichs Kriegs-Raths Directoren, wornach Herr Bischoff zu Münster und Herr Friedrich W. zu Baden samt den verordneten Reichs Kriegs-Räthen sich zu richten 1664. LONDORP. T. IX. p. 264.

(b) §. 59.

(c) R. I. d. a. 1542. §. 52. Und diese 2c.

(d) Art. IV. Daß des Kriegs-Raths Directores und Räthe in gleicher Anzahl von beyden Religionen sollen bestellet, und so wohl in des Kayfers als Reichs Pflichte genommen werden.

§. XXIV.

Olim auctoritate imperatoris & imperii quoque constituebantur militi lustrando praefecti, (a) quorum officium in eo versabatur, ut copias lustrarent, & inspectionem ararii haberent. (b) Jurejurando adstricti erant imperatori & imperio. (c) Hodie ubi convenerunt copia circulo-  
rum, lustranda sunt a ducibus imperii. (d)

*De lustrationibus militum.*

(a) R. I. d. a. 1543. §. 31.

(b) Ibid.

(c) R. I. d. a. 1535. §. 22.

(d) FABRI Staats-Cansley T. VIII, p. 522.

§. XXV.

Jam quid circa milites ipsos, qui exercitum componunt, obtineat, exequendum est. Ubi ingens discrimen nostri temporis ab antiquo deprehenditur, quanquam nolim hic ad Taciti, & proxima iis tempora ascendere, statumque militiae populorum Germanicorum, antequam in unam coaluissent rempublicam excutere. (a) Olim imperatores non semper evocabant omnes vasallos, sed eos saltem populos, qui vicini essent hostibus. Vasallos ipsos adesse oportebat, cum definito clientium suorum numero, aut

*De militibus: que olim cogendi militem imperii ratio fuerit?*

alium mittere, dimidiamve reditus annui partem solvere, quod Heribannum Franci appellarunt. Postea in comitiis de numero militum agi solebat: eundemque in finem confectæ matriculæ, quantum præstare quisque deberet (b). Sub Friderico III. & Maximiliano invaluerat modus expeditum agmen cogendi, quod die *eylende Hülfse* vocabatur, quor tam diu sustineretur vis belli, donec majores copiæ præsto essent: Quando vero copiæ omnes aderant, per varia agmina dividebantur: quibus singulis vexilla sua erant. Erant & ipsi imperio vexilla sua, de quibus acerrime nuper certatum est, etiam si usus cessavit. Ubi divisio per circulos obtinuit, factum quoque, ut cujuslibet circuli ordines copias suas conjungerent: secuti que sunt matriculam a. 1521. factam, licet illa, utpote in usum decretæ tum expeditionis Romanæ solummodo destinata, male proportionem servaret, variisque indies moderationibus obnoxia esset. Inprimis vero notabilis est mutatio, quæ in disponenda re militari, servitiisque, & disciplina militum Maximiliani I. & Caroli V. tempore facta est. (c)

(a) Conf. HACHENBERGI *Germania media* diff. IV.

(b) Variis exemplis hæc illustrata vid. apud Dn. STRUVIUM l. c. §. VI. XV.

(c) Conf. *Europ. Herald* p. 933. add. de mutatis illo tempore apud alios quoque populos militiæ rationibus *Histoire de la ligue de Cambry* l. III. init.

### §. XXVI.

Sæpe cogitavit Germania de perpetuo milite alendo:

(a) Post pacem Vestfalicam consultabatur, quomodo exercitus 24000. ad modum expeditionis Romanæ conscribendus, perpetuo haberi posset. (b) A. 1668. de perpetuo exer-

*Deliberationes de milite imperii perpetuo alendo.*

DECLARAND. INSTRUENDUMQ. PERTINENT. 21

exercitu 30000. tractabatur, valdeque studebat perficiendo negotio Georgius Fridericus Waldeccia princeps; auctor fœderis Laxenburgici a. 1682. d. 10. Jun. inter Imperatorem, circumumque Franconicum, & utrumque Rhenanum, ac status aliquot alios initi, de triplici exercitu ad Rhenum sustentando. (c) Cogitatum iterum ea de re fuit in conventu VI. Circulorum Bavarici, Suevici, Franconici, utriusque Rhenani, & Vestfalici, Francofurti ad Mœnum celebrato, quo de 60000. militibus tempore belli, 30000. vero tempore pacis alendis deliberatum fuit. (d) Sed successu fere destituta fuerunt consilia: eique malo sponte nata medicina, cum Germania diurnis bellis ab illo tempore implicita, circuli necessario in promptu habere apparatus militarem deberent. (e)

(a) Conf. TEXTOR de rat. status Germ. c. 14.

(b) Conf. SPRENG. Luc. imp. p. 553. & 563.

(c) Conf. PUFENDORFF. Rer. Brandeb. L. XVIII. §. 58. 59. 64.

(d) HENNIGES ad Capit. Joseph. art. XV. not. b.

(e) Consultationum de securitate publica historiam omnium optime exposuit Ill. Auctor des Europäischen-Herolds T. I. p. 933-939 add. acta publica Staats-Congl. T. II. p. 334. seq.

§. XXVII.

Interea cum matriculæ defectibus tam facile afferri *Quomodo hodie conscribitur imperii exercitus?* remedium non posset, post varias consultationes a. 1681. de- mum convenit, de modo conscribendi exercitum 40000. distribuendique per circulos, quem subjecta tabella monstrat. (a) Eundem & postea secuti sunt ordines, ubi conscribendus miles, atque in ultimo bello eadem proportione in triplum augebatur, ut 120000. exercitus fieret. (b) Quilibet circulus jam copias sibi assignatas, rebus omnibus instructas, eo loco, quo dux imperii iusserit, sistere debet. Nego-

tium vero cogendi eas, a singulis ordinibus, ex æquo magis & bono, quam ad normam matriculæ unice circulis relictum est, prouti ad instantiam aulæ Bambergensis, occasione litium in circulo Franconico ea de re ortarum, decisum in comitiis legimus. (c) Circuli itaque peculiare iterum modos suos habent, (d) & peculiare commissarios. (e) Ut vero maturius sua præstent, excitatoriis ab imperatore admonentur, (f) quemadmodum & duces ipsi imperialis militiæ solent hortari segnes. Interdum circuli plures fœdera ineunt, ad res communi opera, & consilio feliciter gerendas, salva cujusvis circuli interna forma, & dispositione. Talis associatio a. 1701. agitabatur inter circulum Bavaricum, Franconicum, utrumque Rhenanum & Suevicum. (g) Cæterum etiam cautum est, ne ab exercitu imperii copiæ ullo prætextu alio avocentur. (h) Quæ ratione convenire & circulos circulo succurrere debeat, dispositum quidem est in ordinatione executionis: sed cum agnosceret imperium, non posse talibus modum poni, decretum est ut conveniant, quo duces jusserint. (i) Præter copias a statibus ex debito missas, interdum quoque auxilia conducuntur. (k) Quæ an. 1707. de conducendis sex millibus Sayonum acta fuerint, ex actis publicis illius anni constat. (l) Cum pace Anglo-Gallica inita, subsidia Anglorum defecissent, ac majori vi ad Rhenum agendum esset, in expeditionem a. 1714. majora quoque auxilia parabantur. (m) Imperator præter exercitum imperii & proprias solet habere copias: sub legati sui auspiciis militantes: & quidem a longo tempore satis validas. (n) Siquidem in ultimis bellis, imperii nomine adversus Gallos gestis, domum Austriacam impensæ tanto minus

## DECLARAND. INSTRUENDUMQ. PERTINENT. 23

minus poenitere potuit, quod ipsius commoda, publicis rationibus arctissime connexa essent. (o)

(a) Vid. FABRI Staats-Canzley T. X. p. 334.

	zu Pferd.	zu Fuß.
Chur-Rheinische	600.	2707.
Ober-Schäffische	1321.	2707.
Ober-Oesterreichische	2521.	5507.
Burgundische	1321.	2707.
Fränckische	980.	1901.
Bayern	800.	1493.
Schwäbische	1321.	2707.
Ober-Rheinische	491.	2853.
Westphälische	1321.	2707.
Nieder-Sächfische	1321.	2707.
	11997.	27996.

(b) Vid. Concl. 3. coll. imp. d. 4. April. 1705. ap. Fabrum p. 320.

(c) An. 1705. d. 16. Dec. vid. concl. 3. colleg. ibid. p. 335.

(d) In circulo Vestfalico in usu est der Duxburgische Fuß zu Bezahlung der Troupen. vid. R. des Nieder-Rheinisch-Westphälischen Creyses d. a. 1705. apud FABRUM Staats-Canzl. T. VI. p. 392. Quid a. 1703. in circulo Saxon. infer. actum sit, docet idem l. c. T. VIII. p. 419.

(e) Conf. exempl. circuli Vestf. apud Enndem T. VI. p. 395.

(f) Excitatorix legati cæsarei ad urbem Bremam 1703. d. April. leguntur ibid. T. VIII. p. 456.

(g) Ibid. T. VI. p. 418.

(h) Ibid. VIII. p. 525.

(i) Ibid. p. 520.

(k) P. MULLER. de copiis auxiliaribus imperii.

(l) Staats-Canzley T. XII. p. 435. sq.

(m) Quorum designationem vide ibid. T. XXII. p. 566.

(n) Quis a. 1713. exercitus cæsarei status fuerit, vid. ib. T. XXI. p. 646.

(o) Conf. ad hoc argumentum STRYKIUS de militia imperii.

§. XXVIII.

## §. XXVIII.

*Ad exercitum  
imperii omnes  
status debitas  
copias mittere  
tenentur, nisi  
exempti sint,  
aut legitime  
excusati.*

Omnes igitur status imperii, bello solenni orto, ad exercitum copias mittere jure debent, & olim quidem quas matricula cuilibet imperabat; cautumque erat, (a) ut, urgente reip. necessitate, ordines etiam eorum, quos exemerant, partes supplerent. Licebat quoque loco militum certam pecuniæ summam solvere, nisi expresse in comitiis prohibitum sancitumque esset, ut milites præstarentur. (b) Sed hodie militum numerus cujusvis circuli rationibus definitur, & cum nobilitate immediata, urbibusque Hanseaticis seorsim agere solent Imperatores. (c) Cum vero principes domi turbis impliciti sunt, excusari a præstanda ope, aut moderationem saltem concedi petunt. Sic Elector Trevirensis an. 1705. se ob exhaustas penitus regiones suas, nulli opi imperio esse posse, questus est. (d) Quid Serenissimus Poloniæ rex, & elector Saxonix, eam in rem in aula imperatoris an. 1712. quæsierit, docent literæ ejus. (e) Dux Megapolitanus, cum occasione belli septentrionalis, ipsius quoque ditio- nes infestæ belligerantium copiis essent, & legionem suam ab exercitu clam discedere jussisset, ea præcipue ratione factum excusavit, quod domi ea opus haberet. (f) Rex Sueciæ Carolus XII. in transactione Rånstadiensis cum D. Josepho inter alia quoque sibi stipulatus est, ne fraudi sit, quod ad exercitum imperii copias, ratione provinciarum suarum in Germania debitas, durante bello Polonico non misisset. Interdum copias suas non ad signa imperii mittunt; sed alibi eas hosti opponunt, sub propriis aut fœderatorum imperii auspiciis: & sic quoque officio in patriam satis-



fatisfaciunt. Equidem in eos qui Imperatorem in expeditione comitati non erant, neque absentiam excusaverant, acriter olim animadverti solebat, feudoque suo privabantur. (g) Graves etiam poenas negligentibus minatur R. J. de an. 1542. (h) plenaque sunt acta comitialia decretorum, quibus ordines excitati fuerunt ad officium, durantibus ultimis in Gallum bellis. Sed constat, nihil magis morari Germanorum fortunam, quam quod tam segniter convenient, & potentiores nonnunquam reliquorum civium calamitates profus negligant. Quantumvis fortia, & salutaria in comitiis decernerentur, justum tamen exercitum Germania non vidit, & pejus adhuc de ea actum fuisset, nisi foederibus cum exteris, potentioribusque ordinibus initis, labantem rem publicam utcunque sustinuissent imperatores. (i) Si quis literas legerit, quibus Angli & Belgæ acuere animos ordinum subinde conati sunt, plurima harum querelarum exempla inveniet.

(a) R. I. d. a. 1542. §. 17. dergleichen sollen ic.

(b) Ut factum R. I. d. a. 1542. §. 28.

(c) R. I. de a. 1542. §. 58. & R. I. de a. 1543.

(d) Vid. Europäischer Herold P. I. p. 940.

(e) Staats-Canzl. T. XX. p. 759.

(f) Ibid. T. XXI. p. 598.

(g) Exemplum punitorum Vasallorum, qui Fridericum I. comitati non fuerant, vide apud Ottonem Frilingensem l. II. c. XII.

(h) §. 24. seq.

(i) Causas mali optime expositas lege in dem Europäischen Herold P. I. p. 937. seq.

### §. XXIX.

Jam ex dictis fluit, in bello imperii, nulli statui

D

*An status  
neutras tene-  
re partes pos-  
neutras sint?*

neutras fovere partes jure permissum esse. Nec tamen dubitandum, posse aliquem ab imperatore, reliquisque ordinibus, utpote quorum interest, quemlibet pro virili sua parte rei publicæ adesse, vinculo obligationis, quo toti imperio obstrictus est, solvi, & obrinere, ut a neutra parte stet. Atque in hanc sententiam conceptas est §. 86. R. I. d. a. 1641. (a) Eoque modo civitati Argentorato, aliisque imperii statibus concessa quandoque neutralitas est. (b) Subsequentibus tamen temporibus liberio rem status potentiores hac in parte potestatem sibi sumserunt. Sic bello adversus Succos a. 1674. denunciato, Bavarus tamen & Hannoveranus neutras partes, nequiquam Casare & Brandenburgico urgentibus, amplexi sunt. (c)

(a) Und demnach die von etlichen Ständen von sich selbst ange-  
 mahte Neutralität dem Röm. Reich sehr schädlich, den Fein-  
 den desselben aber zu Continuirung des Kriegs über die maßen  
 behülfflich und vorträglich, zumahlen ein jeder Churfürst und  
 Stand, vermöge des Land-Friedens, auf dessen Handha-  
 lung und darauf fundirten Executions-Ordnung, wie auf an-  
 dern Reichs-Constitutionen, das H. Röm. Reich, so wohl von  
 auswärtigen als inwendigen Feinden, mit und neben uns, al-  
 ler Möglichkeit nach, beschützen und defendiren zu helfen, auch  
 die dazu nothwendige Mittel, pro quota beyzutragen schuldig  
 und verbunden ist, ic. Sehen, ordnen und wollen wir, daß  
 nicht allein die von etlichen Ständen allbereit angemachte und  
 unzulässige hochschädliche Neutralität, darunter die von uns,  
 etlichen Thur- und Fürstlichen Wittiben beschehene Verwilli-  
 gung nicht gemeint, ganz und zumahlen aufgehelt seyn solle;  
 allermassen wir solche hiernit und in Krafft dieses gänzlich  
 aufheben, sondern daß auch hinführo einiger Stand des  
 Reichs,

DECLARAND. INSTRUENDUM Q. PERTINENT. 27

Reichs, wer der auch sey, ohn unser Vorwissen, und Genehmhaltung, sich in dergleichen hochschädliche Neutralitäten nicht einlassen sollen.

(b) De neutralitate El. Brandenburgico 1642. concessa vid. PUFENDORFF, de rebus Friderici Wilhelmi L. XIII. §. 70. seq.

(c) Idem. ibid. l. XIV. §. 23. 24. 25.

§. XXX.

Jusjurandum milites imperatori & statibus præstant  
 ejus formula jam habetur in R. J. d. a. 1500. (a) ac an. 1673.  
 iterum relecta, ac publicata fuit. An. 1703. placuit in comitiis, ut copiarum, quando convenerint, coram ducibus imperii, decretum a. 1673. jusjurandum imperatori, electoribus, statibusque præstarent. (b) Antiquioribus temporibus pedites quatuor, & equites octo singulis mensibus florenos acceperunt. In subsequētibz bellis equitibus aucta sunt stipendia: (c) & in R. J. d. a. 1548. in peditem IV. equitem duodecim floreni imputati, (d) quod postea sæpe repetitum. Sed hodie, ubi per circulos distributa est exercitus comparandi ac sustentandi cura, singulis ut de stipendio prospiciant militibus suis incumbit, ac vigere diversas in circulis stipendiorum militarium rationes jam supra notavimus: quod ipsum turbandis militum animis sæpe occasionem in castris dedit.

*De juramento militum: eorumque stipendiis.*

(a) §. 55. conf. R. I. d. a. 1521. §. 33.

(b) Staats-Cantzley T. VIII. p. 523.

(d) R. I. d. a. 1522 §. 7.

(e) §. 95.

## §. XXXI.

De commeatu.

Ad instruendi exercitus negotium, vestium quoque, commeatus, & armorum præcipue cura spectat. Quæ de re iterum aliter antiquis moribus, aliter recentioribus institutis obtinet. Quæ olim militi instruendo fuerint necessaria, docent sequentia: Erstlich sollen die Reuter mit wohlgeübten Knechten und Rüstungen, neml. wohlbedeckenden Schürzen, Ermeln, Rock, Krebs, Hand- und Haupt-Harnisch, und deren jeder zum wenigsten mit zween gerechten Faust- und Feuerschlagenden Büchsen gefast und versehen seyn: c. (a) Commeatus interdum quidem sumtu imperatoris, (b) plerumque tamen communi impensa comparatus fuit. Eumque in finem inspectores ab imperatore ac statibus constituebantur, subordinati summo commeatus inspectori, (General- oder Obrist-Proviant-Meister) qui curarent, ne unquam commeatus in castris deficeret. (c) A. 1641. decernebatur, ut in singulis circulis loca apta congerendo, servandoque commeatui destinarentur. (d) Sed hæc quoque non magnæ hodie utilitatis visa sunt, ubi aliter disposita exercitus imperii negotia. Constitutum est autem a. 1703. secundum tenorem decretorum imperii d. a. 1673. 6. Nov. 1674. 30. Jan. & 1681. ut quilibet circulus suis copiis, tam in expeditione, quam in hybernis de omnibus rebus necessariis ex arario circuli prospiciat, eum in finem commissarios apud copias suas habeat, ac convenientibus locis granaria, annuis necessitatibus sufficientia instruat: eaque de causa & vehicula, & equos in promptu habeat: subditis flatuum, in quorum territoriis bellum geritur, oneri non sint: omnia autem, quæ eo vehuntur, a vectigalibus sint immu-

DECLARAND. INSTRUENDUMQ. PERTINENT. 29

immunia. (e) Cum vero, ut fieri solet, unus alterve ex circulo copias suas tantum mittit, neque operæ pretium est, peculiare annonæ quæstores iis constituere, cum Cæsareis solent rationes hæc suas conjungere.

(a) Tit. I. der Reuter-Bestallung, conf. ib. tit. 27. Eadem fere verba extant in tit. 5. 7. Fußnechts-Bestallung.

(b) Conf. R. I. d. an. 1541. §. 49.

(c) Vid. R. I. d. a. 1527. §. 29. Ferner ist für gut angesehen etc. it. R. d. a. 1566. §. 59. Als dann etc.

(d) Vid. R. I. d. a. 1641. §. 61. Anreichend die Aufsrichtung gewisser Magazin und Proviand-Häuser, lassen wir uns solches nicht zu wieder seyn, haben auch bereits an die Franckische, Schwäbische und Ober-Rheinische Craiß-Versüguug gethan, etc.

(e) Staats-Cansley T. VIII p. 504.

§. XXXII.

Arma hodie militibus alia quam olim, & ab invento pulvere pyrio, pretiosior multo apparatus. Non est hujus loci historiam armorum, Germanis quondam usitatorum, tradere. Multa egregia hanc quoque in rem afferet haud dubie, qui Francicæ militiæ historiam parat, P. GABRIEL DANIEL. (a) Sufficiat nobis leges perlustrare de armis comparandis latas: variæ enim pro bellorum ratione fuerunt. Olim ab illis suppeditari debuerunt, in quorum territorio aut vicinia castra posita essent. (b) Interdum imperator, aux rex Romanorum solus rem tormentariam curavit. (c) Quandoque status cujusvis circuli copias suas tormentis instruere tenebantur. (d) Atque is modus etiam novissimis imperii legibus placuit. Repetitumque a. 1703. est decretum imperii, ea de re jam 1674. factum. (e) Sed sic quoque satis incommode instruitur communis copiarum imperii

*Cura armorum & rei tormentaria.*

apparatus: cum non iidem in omnibus circulis tormentorum, globorumque moduli observentur: Rogaverunt postea status imperatorem, ut ex armamentariis Bavaricis res tormentaria submitteretur. (f) Cæterum circuli copiis suis prospiciunt, qua ratione optime possunt, e. g. in circulo Vestfalico-Rhenano 1701. placuit ut tormenta majora civitas Colonienfis præstaret. (g)

(a) De armis in Germania ante inventum pulverem pyrium maxime usitatis, videri nonnulla speciminis loco possunt, in Wenckeri lib. von Gewe Rentern.

(b) R. I. d. a. 1500. Tit. 75. it. R. I. d. a. 1512. Tit. II. §. 4. Item, so man Büchsen, Büchsen-Meister, Pulver und anders darzu in ein Feld gehörig ic. nothdürfftig seyn wird, die sollen, wir Churfürsten, Fürsten ic. die der Sachen nahe gelegen seyn darleihen. Und ob die Sachen Schaden nehmen, abgehen, verbraucht oder gebrechlich würden, das soll ihnen von den gemeinen Auffsaß, wieder erstattet, und bezahlet werden.

(c) Vid. R. I. d. a. 1557. §. 61. it. R. I. d. a. 1566. §. 56.

(d) Vid. R. I. d. a. 1555. §. 81. So sollen die Stände eines jeden Craißes sich mit einer gewissen, ziemlichen Anzahl Geschütz in gemein zu gebrauchen, gefast machen. Idem continetur R. I. de a. 1564. §. 14.

(e) Vid. Staats-Cansley T. VIII. p. 507.

(f) Ibid. T. X. p. 320.

(g) Vid. Rec. circuli ibid. T. VI. p. 395.

§. XXXIII.

*De communi  
militia impe-  
rialis arario.*

Præter hæc omnia, si quidquam aliud, necessarium est, commune ararium militare, unde ducibus imperii stipendia, & sumtus, ratione totius exercitus faciendi solvantur. Ad illud, pariter atque ad exercitum, omnes imperii status secundum matriculam olim conferre tenebantur, exceptis  
iis,

## DECLARAND. INSTRUENDUMQ. PERTINENT. 31

iis, qui a potentioribus exempti essent, (a) nisi de illorum quoque portionibus supplendis imperator cum ordinibus pepigisset. (b) Viguit aliquando, inprimis sub Fridrico III. & Maximiliano I. modus contribuendi pro cuiusvis opibus, quem communem denarium (den gemeinert Pfennig) vocabant. Postea autem proportionem expeditionis Romanæ sequebantur. In ultimo quoque bello Germano-Gallico e re visum fuit, commune aliquod ararium instruere, decretumque a. 1703. ut 200. millia imperialium conferrentur. Non tamen ad modum matriculæ, mensiumque Romanorum, sed secundum regulam a. 1681. factam: ut pecuniæ præstandæ modus ad numerum militum, quem sistere ordines debebant attemperaretur, atque in equites singulos 2. fl. in pedites 40. crucigeri computarentur, observandaque commendabantur placita imperii a. 1672. 1. Aug. & 20. Oct. nec non 1682. 16. Martii facta. (c) Ut tum repartitio per circulos facta, docet tabella, quam hic subjecimus. (d) Postea valde auctæ sunt indictiones pecuniarum. A. 1708. decretum, ut myrias thalerorum in sumtus futuræ expeditionis conferatur, postquam frustra illa summa in Belgio mutuo petita esset. (e) Item nova contributio mensium Romanorum a. 1709. decernebatur pro fortalicio Philippiburgensi. (f) Nihilominus adeo negligenter sua conferebant status, (g) ut subinde vix esset in arario, unde cursores conducerentur. Equidem serio sapius imperator hortatus est status, & ipse exemplum præiturus, neglectis exemptionis privilegiis, ratione circuli Burgundici, provinciarumque Austriacarum, & regni Bohemæ, ratam portionem ad myriadem obtulit. (h) Urgebant

bant equidem status, ut reditus Bavarix & Mantuani ducatus in ararium referrentur: sed illos sibi vindicabat imperator, jureque se id facere variis argumentis contendit. (i) De nova deinde myriade ad expeditionem a. 1712. consultatum, sed ejus loco commendantibus fœderatorum legatis Hagæ agentibus IV. myriades 1713. decreta, (k) eodem modo, eademque proportione cogenda. Actumque cum mercatore Francofurtano de prænumerandis pecuniis. (l) Adeo severe tum urgebatur ista pecunia, ut nulla compensatio expensarum in sistendis alendisve copiis, ultra debitum modum factarum, locum habere deberet, salva tamen iis in posterum actione, qui majorem, quam reliqui, onerum partem tulissent. (m) Cumque major necessitas Germaniæ incumberet, & varia auxilia conducta essent a. 1713. (n) pro expensis sequentis anni V. myriades quærebantur. Jamque de iis agebatur, cum pax commode interveniret.

(a) R. I. d. a. 1541. §. 48. doch sollen die von Alters her, durch andere Stände in des H. Reichs Ansehen billig ausgezogen seynd, mit solcher nicht beschweret werden.

(b) Dispositum ita est in R. I. d. a. 1544 §. 7.

(c) Staats-Cangl. T. VIII. p. 512.

(d) Ibidem. T. XII. p. 492.

	fl.	fr.	pf.
Chur-Rhein	211301.	51.	2.
Ober-Sachsen	31271.	58.	5.
Oesterreich	61278.	4.	2.
Burgund	31271.	58.	5.
Francken	22696.	47.	6.
Bayern	18252.	9.	—

Schwa



## DECLARAND. INSTRUENDUMQ. PERTINENT. 33

	fl.	fr.	pf.
Schwaben	31271.	58.	5.
Ober-Rhein	20282.	14.	5.
Westphalen	31271.	58.	5.
Nieder-Sachsen	31271.	58.	5.
Summa	300000. fl.	5. fr.	— pf.

(e) Staats-Cansl. T. XII. p. 544.

(f) Ibidem T. XIV. p. 501.

(g) Speciminis loco conf. rationes exhibitae in comitiis ibid. p. 661.

(h) An. 1702. 22. Febr. ibid. T. XIV. p. 709.

(i) An. 1701. ibid. T. XIV. p. 708.

(k) Ibidem T. XX. p. 274. 1q.

(l) Ibidem T. XXI. p. 372.

(m) Ibidem T. XXII. p. 558.

(n) Ibidem T. II. p. 566.

## §. XXXIV.

Contra status, qui contributiones debitas non mit- *De modo adi-*  
runt, fisci imperialis procurator olim agere poterat, ad *gendi status*  
duplum exsolvendum. (a) Aliud consilium compellendi *ad illas colla-*  
exhibetur apud Fabrum, (b) de quo iudicium penes illos sit, *tiones.*  
qui res imperii penitus inspexerunt. Aliquoties sub com-  
minatione executionis militaris intra mensem inuncta  
praestatio fuit; (c) sed quam sinistro successu, docent ratio-  
nes, redditarum pecuniarum in comitiis exhibitae. Impera-  
tatas vero pecunias ordines a subditis suis exigunt.

(a) R. I. d. a. 1544. § 9. Wo aber über dieses jemand von gemei-  
nen Ständen ihre gebührend Anlag nicht erlegen würden, die  
sollen unserm Kayserl. Cammer-fiscal angezeigt werden, &c.

(b) T. XIV. p. 681.

(c) Vid. concl. 3. colleg. 1708. d. 17. Febr. ab Imp. conf. c. a. d. 9.  
Martii ap. FABRUM Staats-Cansl. T. XII. p. 588.

E

§. XXXV.

## §. XXXV.

Inspectores ararii olim constituebantur auctoritate totius imperii: (a) vocabanturque Pfennig-Meister, aut Obrist-Pfennig-Meister ab antiquo modo conferendi secundum communem denarium. Juramentum præstabant imperatori & imperio, (b) & salarium ipsis ex contributionibus statuum solvebatur, nisi id imperator præstaret. (c) Verum in ararium militare, quod durante ultimo bello, institutum fuit, cura, primum magistratui Francofurtano, deinde a. 1713. expediendorum brevius negotiorum causa, mercatori collybista permissa fuit. (d)

(a) Vid. R. I. d. a. 1641. §. 35.

(b) R. I. d. a. 1535. §. 21. Habetur juramentum in R. I. d. an. 1544. §. 46. 53.

(c) Hoc factum esse quandoque apparet ex R. I. d. a. 1541. §. 53.

(d) Conf. Staats-Canzl. T. XXI. passim.

## SECTIO II.

## DE IIS, QUÆ IN BELLO GERENDO OCCURRUNT.

## §. I.

*De directione  
belli secundum  
leges & institu-  
ta Germa-  
nia.*

**J**Am consideranda erunt ea, quæ in castris & ipsa belli gestione observanda sunt. Ubi primum occurrit quaestio, penes quem sit directio belli. Si ipse imperator, vel Rex Romanorum in castris sit, ab illo omnia mandata proficiscuntur, communicato tamen antea consilio cum ducibus, & consiliariis bellicis ab imperio constitutis. Idque jam olim sic dispositum. (a) Alioquin penes duces imperii totius exercitus auspicia sunt, iisque copia  
cir-

circulorum earumque praefecti obsequium debent, consilia rerum bene gerendarum, & disciplina castrorum ab iis pendent, quod jam paulo fufius erit deducendum.

(a) R. I. d. a. 1500. Tit. 60. Wenn wir aber für unsre Person selbst in Feld seyn, soll der Hauptmann uns mit der Feld-Ordnung gewärtig seyn, wie uns als Röm. König gebührt, doch also, was durch uns, den Feld-Hauptmann und des Hauptmanns Råthen der Feld-Ordnung halber fürgenommen und beschloffen wird, dem soll also getreulich nachgegangen werden, &c.

## §. II.

Ut ducum auctoritas eo major sit, omnes copiarum jusjurandum ipsis praestare, & mandata exequi tenentur. (a) Cautum etiam est, ut qui se duci, vel praefectis suis vi opponunt, pro indole delicti, poena infamiae, amissionis bonorum, imo supplicio affligantur. (b) Olim dux, consulti consiliariis bellicis, inferiores imponere militibus praefectos poterat. (c) Sed illa hodie, ex quo quilibet circulus copias suas sistit, aliter se habent. Nec legiones, cohortesve ordinum, pro suo arbitrio domum abire possunt, sed a supremo belli duce dimittendae sunt. Ideoque cum legio ducis Megalopolitani in nupero bello, insalutato duce imperii clam discessisset, ægerrime id latum, statutumque fuit, ut in posterum ex legibus militaribus, in talia ausos animadvertetur. (d)

*Auctoritas  
belli ducum  
in exercitu.*

(a) Notandum vero, ipsos vinculo fidelitatis, quo dominis suis territorialibus obstricti sunt, solvi, in quantum ipsos in obedientia duci exhibenda impedire possit. R. I. d. an. 1500. Tit. 78. Wir setzen, ordnen und wollen, auch aus Röm. Königl. Mächten und Vollkommenheit, daß alle Dienst-Leut, so Herzog Albrechten von dem Reich zugegeben werden, aller anderer

ihrer Pflicht, damit sie andern Herren oder Ständen verwandt wären, oder seyn möchten, so viel einen jeden an dem Gehorsam, so sie Herzog Albrechten, als Obersten Hauptmann zu thun schuldig seyn sollen, verhindern möchte, hiemit, und in Krafft dieses Befehls bemeldter massen ledig und verpflichtet seyn sollen, &c.

(b) Reuter-Bestallung Tit. 37. Item, wo einer oder mehr sich mit wehrbaffter Hand gegen den Feld-Obersten, oder Feld-Marschalck einlassen, oder sich sonst seiner Obersten, Rittmeistern, Wachmeistern und andern Befehlshabern, sonderlich, wenn sie ihnen Amts- oder Regiments halben befehlen, wiedersehen würden, die sollen darum an Leib, Ehr, und Gut nach Erkenntniß der Reuter-Rechte, zu straffen seyn.

(c) R. I. d. a. 1500. Tit. 53. Item, seynd dem gedachten Hauptmann von uns und der Versammlung 6. Råthe zu geben und verordnet, mit derselben Rath er handeln, und fürter Unter-Hauptleute machen soll, &c.

(d) Vid. decr. commiss. imperial. Staats-Cansl. T. XXI. p. 746.

### §. III.

Belli etiam gerendi opportunitates ducis iudicio relictae sunt, cum ordines consulere, ubi dimicandum acie, vel locus obsidione cingendus est, res non pariat. Jam sic satis molestum ducibus est, quod tam diversis statuum iudiciis atque censuris consilia sua, & actiones sint exposita, de quibus Marchio Badensis, & Baruthinus sæpe conquesti sunt. Exercitum tamen imperii supremus belli dux, nisi statibus consentientibus, extra fines Germaniæ ducere nequit. (a) Qua quidem in re mutatio quædam observatur. Nam capitulatione Ferdinandi III. ad solum Electorum consensum ea facultas restringebatur. (b) Neque tamen hoc ira intelli-

*Item circa  
prelia & ob-  
sidiones.*

intelligendum est, quasi occasiones distrahendi alibi hostem prætermitti deberent. (c) Et status aliquot potentiores, quorum copia, ultimo bello, in Italia aut Belgio militaverant, hac ratione excusaverunt, quod ad exercitum imperii in Germania suos non stiterint.

(a) Vid. Cap. Joseph. art. 15. Wir gereden und versprechen auch, wann ins künfftige auf vorgehabten Rath mit den 7. Churfürsten, und deren darauf erfolgter Bewilligung, und Consens die Nothdurfft erfordern würde, daß wir zu des Reichs Defension einige Kriegs-Völcker werben solten, dieselbe ohne Churfürsten, Fürsten und Stände Vorwissen, und Bewilligung aussershalb des Reichs nicht führen, sondern zu desselben Defension, und Rettung der bedrängten Stände gebrauchen, und anwenden zu lassen.

(b) Art. XII.

(c) Quo & collimat R. I. d. a. 1641. §. So haben wir uns ic.

#### §. IV.

Si loca opportuna munienda fuerint, auctoritate imperatoris, sive supremi belli ducis opus est. (a) Neque tamen illa sufficit, verum præterea requiritur, ut status, in cuius territorio locus situs est, consentiat. In capitulatione novissima resita definitur: (b) Jedoch sollen und wollen wir, weder in wâhrenden solchen Krieg, noch auch sonst in der Churfürsten, Fürsten und Stände Landen, und gebieth, keine Bestungen von neuen anlegen, oder bauen noch auch zerfallene, oder alte wiederum erneuen. Neque tamen hæc extendenda sunt ad aggeres, qui ad arcendos hostes excitari in bello solent. Difficilior quæstio est, utrum status imperii teneatur copias imperii, in præsidium fortalitorum suorum recipere? Distinguendum erit inter status potentes

*De jurè mun-  
iendi loca  
opportuna.*

& minus potentes. Illi suismet viribus tueri plerumque munimenta possunt. Hi vero omnino imperii copiis permittere sese, necessitate & publica utilitate exigente, debent; modo de restitutione caveatur, sumtusque necessarii, si ipsi ferendis impares sunt, ab imperio suppeditentur. Potest etiam ita transigi cum statibus, ut, salva in reliquis superioritate sua territoriali, jus præsidii, imperio maneat. Quemadmodum de fortalitio Kehlenfi, & Philippiburgensi comparatum est: quorum illud in Marchionis Badensis, hoc in episcopi Spirensis territorio est. Quam male autem istis fortalitiis prospiciatur, Kehlenfis castri status docet. Ex his apparet, multo minus status obstructos esse ad militem imperatoris in urbes, & castra recipiendum. Vindicare hanc sibi potestatem post Carolum V. sub juris aperturæ titulo, Ferdinandus II. in bello Germanico (c) conabatur. Sed cum res plena periculi, & insidiosa libertati statuum esset, quibus frenum ita pro arbitrio injici posset, (d) tandem in R. J. d. a. 1641. immunitas iis ab hoc onere concessa. (e)

(a) R. I. d. a. 1641. §. 57. keine Haupt-Fortification soll ohne unser oder unser Generalen Befehl vorgenommen werden.

(b) Articul. IV.

(c) Vid. Theatri Europæi T. II. p. 118.

(d) Conf. TABOR. ad L. cod. de metat. & epidem. P. I. c. 7. §. 9. sq. P. III. sect. 2. art. 3.

(e) §. So viel nun sonst n. & §. hierinnen lassen wir es.

## §. V.

*De transitu  
militum.*

Transitum militum per statuum territoria certis legibus circumscriptus est. Debet vero, nisi periculum in mora

ra

ra fit, annunciari duci circuli, per cujus regiones transeundum est, utque innoxius fit, opera dari. (a) Convenit ideo de legibus in transitu & hospitatione observandis: (March- und Quartier-Reglement) quas observare duces, tam imperii, quam ordinum singulorum, decreto comitali a. 1705. 4. Apr. iussi sunt. (b) Cumque nec sic observarentur, & status inprimis Suevici & Franconici, graviter de injuria militis conquesti essent, (c) imperatorem rogaverunt ordines, ut eas denuo publicaret. (d) Sic Carolus VI. imperator Augustus an. 1712. caesareis copiis novas in hunc finem leges dedit. (e) Si vero status imperii, damnum in transitu militum acceptum demonstrare possit, jure ipsi compensandum est.

(a) R. I. d. a. 1641. §. 43. Die Durchzug sollen den ausschreibenden Fürsten, so viel die Kriegs-Actiones zugeben, und wo es ohne Feindes Gefahr wird seyn können, gleichfalls bey Zeiten notificiret, auch darob gehalten werden, daß ic.

(b) Vid. FABRI Staats-Cansl. T. X. p. 325.

(c) Idem T. XI. p. 490. sq.

(d) Vid. Concl. 3. colleg. d. 10. Novembr. 1706. apud eund. T. XI. p. 540.

(e) Vid. Kayserl. March-Ordnung apud eund. T. XXI. p. 764.

### §. VI.

Ad hospitationes militum quod attinet, secundum R. I. de a. 1641. illas quolibet circulo dux terminare debuit. Quod si vero unus, alterve status, aut circulus, plus oneris quam alii tulisset, a reliquis circulis & statibus compensanda fuerunt impensa. (a) Varia insuper disposita sunt tam in iisdem comitiis, quam aliis recentioribus legibus saluta-

*De hospitatione & hybernis militum.*

lutaria, sed male servata. Sic graviter a. 1679. de insolentia militum conquerebantur status: (b) offerebatque circulus Franconicus 130. menses Romanos, ut ab illo onere liberaretur. (c) Secundum recentissimas leges cuilibet circulo injunctum est in hibernis quoque suos alere. (d) Quomodo autem distribuendus sit in hyberna miles, ex circumstantiis cujuslibet expeditionis dijudicari debere an. 1706. decreverunt status: Wie aber zu Sicherheit der exponirten Reichs- und Craiß-Landen, die Winter-Stationes und Postirungen, nach geendigter dieser Campagne, hin und wieder einzurichten, und allem feindlichen Einbruch, und sonst, zu verhindern, wäre Kays. Maj. und des Reichs hoher Generalität Vorforge heimzustellen.

(a) Vid. R. I. d. a. 1641. §. 26. Demnach aber vernünftig zu er-messen, daß diejenige Quartier an Einlogirung, zu welchen des Feindes würcklicher Ein- und Vorbruch Ursach giebt, mit durchgehender Gleichheit nicht vorgekommen werden können; also erklären wir uns dahin, und wollen, daß denen also beschwerten Craissen von den andern, so dergleichen Beschwerde nicht tragen, eine erkleckliche Beyhülffe geschehe, &c.

(b) Apud LONDORP. T. X. p. 719.

(c) Ibidem p. 722.

(d) Conf. Des Fränckischen Craisses Verpflegungs-Ordonnanz auf der Postirung, und sonst in Winter-Quartiren.

## §. VII.

*De bello quaesitis: contributionibus: hostibus: com-  
meatu, nec non tormen-  
tis captis.*

Milites sæpius in bellis prædas agere solent. In Germania autem definitum, ipsos non posse prædatum exire, infcio supremo belli duce, & reliquis præfectis, ne quidem victoria reportata, (a) nisi forte nihil amplius ab hoste metuendum,



tuendum, fuerint. (b) Cum varia super præda exoriri soleant jurgia, dispositum est, ut nemo alteri, quod occupavit, vi eripiat, lites vero ortas dux, vel alii præfecti definiant. (c) Affines prædæ sunt pecuniæ, quæ ab incolis soli hostilis, pro avertendo urbium excidio, & agrorum devastatione exiguntur. Neque illæ sine consensu supremi belli ducis imperantur. (d) Captivi sunt vel duces, aliique præfecti militum, quales interdum captos a Germanicis docet historia, (e) vel milites gregarii. Illi supremo belli duci sunt tradendi, accepto tamen præmio fortitudinis. Milites gregarii poterunt libertatem redimere, & a victore ex custodia dimitti, ita tamen, ut de ipsorum captivitate & dimissione dux certior fiat. (f) Solent autem hodie belligerantes, de permutandorum, redimendorumve captivorum ratione mature pacisci, atque sic mutuo sibi consulere. Si exercitus imperii tormenta hostium in potestatem suam redigat, alteram partem imperio, alteram supremo belli duci leges vindicant. (g) Commeatus in castris vendi debet. (h)

(a) Vid. Neut. Bestall. Tit. 83. Item, da Gott Gnade gebe, daß den Feinden obgesieget würde, so soll nichts desto weniger keiner ohne Erlaubniß, sich auffser seiner Ordnung van seiner Fahnen, außs Heuten und Nacheisen begeben, ic. Conf. Fußknechts-Bestallung. Es soll auch keiner aus seinen Läger auf Beute ziehen, ohne Wissen und Willen seines Hauptmanns, ic.

(b) Vid. Fußknechts-Bestall. Tit. 70. Item, es soll sich in Schlachten oder Stürmen und in derselben Eroberung niemand auf Blündern begeben, ic. es sey denn die Wahlstatt und Platz zuvor erobert.

(c) Vid. Neut. Bestall. Tit. 84.

F

(d) Ibid.

- (d) Ibid. Tit. 87. Weiter soll keiner Brandschägen, kein Lager anstecken, oder anstecken lassen, es geschehe denn aus des Feld-Obersten Befehl. Item dicitur Fußknechts-Bestall. Tit. 55.
- (e) Vid. Reut-Bestall. Tit. 94. sq. Wenn sich auch begeben, daß mit Hülffe des Allmächtigen der Feinde Feld-Obersten, oder Feld-Hauptleute durch die Reuter gefangen würden, sollen dieselben Personen zu uns, oder unsern Obersten Feld-Hauptmann, &c. gegen statlicher und billiger Verehrung gestellet werden. Wo aber außer dergleichen Feld-Obersten und Feld-Haupt-Leuten, andere Personen gefangen würden, da mag ein jeder, der dieselben niederrirfft und bekommt, schätzen, und Kriegs-Gebrauch nach damit handeln: Doch sollen alle und jede Gefangene dem Feld-Obersten angezeigt, und ohne sein Borwissen nicht ledig gelassen werden.
- (f) Rationes ejusmodi inter Imperatorem, & coronam Gallicam 1692. initas, Hertius adjecit dissertationi suæ de lytro, Vol. I. opuscul. T. I. in qua plura hoc argumentum illustrantia passim leguntur.
- (g) R. I. d. a. 1542. §. 38.
- (h) Vid. Fußknechts-Bestall. Tit. 64. Und wo Vieh oder Proviant dem Feind abgenommen würde, der oder dieselbe Gewinner sollen das Vieh nicht aus dem Lager führen, sondern in dem Lager um einen ziemlichen Pfennig verkauffen.

## §. VIII.

*De provinciis  
captis.*

Integræ vero provinciæ, urbes, agri armis subacti imperio acquiruntur. (a) Nam æquum est, ut cujus sumptibus bellum geritur, ad illum etiam victoriæ fructus perveniant, ac ipsè Carolus V. ducatum Mediolanensem & dominium Senarum urbis imperio obtulit, si sibi pro impensis factis fati fieret. Quibus rationibus a D. Josepho quaesitum fuerit, ut ducatus Mantuanus, tanquam feudum feloni-

ca

ca Vasalli apertum domo Austriacæ conferretur, annotavit Illustr. auctor gegenwärtiger Verfassung der Kaiserlichen Regierung in Teutschland. (b) Similiter legibus fundamentalibus cautum est, ut bona proscriptorum immediata, ubi læsis prius inde satisfactum fuerit, in fiscum imperii redigantur. (c)

(a) Vid. Neut. Bestall. Tit. 69. Da auch Städte, Schlösser, Flecken, Land und Leute erobert würden, sollen selbige in alles weg uns und dem Heil. Reich zustehen, folgen und bleiben.

(b) Ad art. XX. p. 164. & p. 482. sq.

(c) Conf. capitul. noviss. art. XX.

### §. IX.

Disciplina castrorum eximiis legibus sancita est, nec *De disciplina militari.* apud Lacedæmonios severius belli jus fuerit. Conservanda illius causa ante omnia statuum est, ut copiarum diversorum circulatorum ita contineantur, ne emulatione & factionibus mutuis certent. (a) Frequentia quondam ejusmodi certamina fuerant. Suevi aliquoties primum sibi in acie locum deberi contenderunt: & nuper quoque de eo certatum est: Quasi non summum a virtute decus caperet exercitus. Tum duella singulorum capitum poena prohibita. (b) Aliis etiam vitiiis militum obviam itum est, quantum genius vite castrensis patitur. Sic blasphemia severissime vetita. (c) In ebrietatem graviter invehuntur eadem leges, (d) utque vehementius ab illa absterreantur militum animi, statutum, ut delicta ab ebriis commissa gravius puniantur. (e) Ad restringendam ludendi intemperiem cautum est, ne actio detur victori, pecuniam ludo acquisitam perenti. (f) Et in genere nemo tolerari in castris debet, qui stupro, eade, perfidia

fidia, aut alio ejusmodi flagitio infamis fuerit. (g) Idque servatum est ex antiquissimis ordinum, & certaminum equestrium legibus, quibus fides, continentia & honestas, non secus ac fortitudo requirebatur. In transfugas infamia, (h) & si deprehendantur, non secus ac in eos, qui turpiter ex acie aufugerint supplicium dictatum est. (i) Si quis prodicionis ab alio cogitatae conscius fuerit, silentium ipsius pariter ac si auctor sceleris ipse fuisset, puniri debet. (k)

(a) Vid. Neut. Bestall. Tit. 71. & 97.

(b) Vid. Neut. Bestall. Tit. 66. 73. 74. Fußknechts-Bestall. Tit. 29. seqq.

(c) Vid. Neut. Bestall. Tit. 47.

(d) Ibid. Tit. 48. 49.

(e) Vid. Fußknechts-Bestall. Tit. 56.

(f) Vid. Fußknechts-Bestall. Tit. 70.

(g) Vid. Neut. Bestall. Tit. 110.

(h) Vid. Neut. Bestall. Tit. 62.

(i) Vid. Neut. Bestall. Tit. 63.

(k) Vid. Fußknechts-Bestall. Tit. 27.

§. X.

*Archimarschallus olim  
habuit curam  
discipline ca-  
srensis.*

(l) Inter alias prerogativas, quibus olim archimarschallus in imperiali exercitu fructus est, videtur quoque disciplinae militaris custodia fuisse. Atque inde haud dubie manavit, quod nemini in castris nisi ad vexillum Marschalli permissum esset ludere. Quod demum sub Sigismundo mutatum fuit, qui abrogata consuetudine, familiae Pappenheimiae, in compensationem cessantis lucri, annuos 200. fl. reditus attribuit. (a)

(a) Vid. Europäische Herold P. I. p. 252.

§. XI.

## §. XI.

Quemadmodum vero in bello iis demum iuste vis inferatur, quibus hostium vires ac contumacia augetur, in reliqua minus recte sãvitur; sic & legibus imperii definitur, & personã, quas militibus violare non licet. Comprehenduntur earum numero agri, templa, molendina, clerici, puerperã, fœmine & virgines, mercatores, infantes, senes & ejus generis alii. (a) Hos ne quidem in territoriis hostium violare licet, nisi consentiente ac jubente supremo belli duce. (b) Præsertim vero subditis & civibus imperii, milites nulla ratione graves esse debent. (c) Quæ leges eximie plane sunt, sed inter armorum strepitus vix exaudiuntur. In conventu Ratisbonensi a. 1630. quærebantur electores: Die Soldaten wolten nicht glauben, daß sie zu des Reichs Defension, sondern vielmehr zu desselben Devastation bestellst. *Quinam non violandi.*

(a) Vid. Neut. Bestall. Tit. 70. Fuß-Knechts-Bestall. Tit. 8.  
9. 53.

(b) Vid. Fuß-Knechts-Bestall. Tit. 53.

(c) Vid. Neut. Bestall. Tit. 90. Item, sie sollen auch alle und jede unfer und des Reichs Unterthanen und Verwandten, wer die feyn ic. nicht beschweren, schätzen, plündern und in keinerley Weiß beschädigen.

## §. XII.

Ut jam de officio suo & melius constet militibus, & promptius illi satisfaciant, religiosus cultus publice in exercitu viget, secundum instituta toleratarum in imperio religionum: sed non sacerdotibus modo, verum & militibus

F 3

inter-

interjectum, ne temere litigando de religione animos exacerbent. (a)

(a) Vid. R. J. Spir. a. 1542. §. 41.

## §. XIII.

*De judiciis &  
legibus mili-  
taribus.*

Jurisdictionis in milites præcipua auctoritas est penes duces. Leges militares Maximilianus II. in comitiis Spirenlibus 1570. condidit: easque tam equitibus, (Neuter-Be-stallung) quam peditibus (Articul auf die teutsche Sneychte) præscripsit. (a) Illæ postea & in R. J. de a. 1641. interpolatæ sunt, & a. 1677. novæ leges conditæ. (b) Tum a. 1682. emendatæ, & a. 1703. confirmatæ sunt. Ubi illæ deficiunt duci integrum est, ex sententia consilii bellici, eas supplere: quo jure a. 1707. usus est serenissimus magnæ Britannia Rex, qui tum exercitui imperii præerat. (c) Ut judicia militaria adornanda, iisdem in comitiis definitum fuit, (d) sed cum usus plura mutaverit, hæere in illis nolo.

(a) Vid. illas in Ch. LUNIGII Reichs-Archiv. P. Generali T. I. p. 393. seq.

(b) Artikuls-Brieff derer Reichs-Böcker, wie selbiger auf dem Reichs-Tage zu Regenspurg den 6. Nov. verglichen worden. Ibid. p. 119.

(c) Vid. Kriegs-Ordnung und Disciplin-Puncta so bey der Kayserl. und des H. R. Reichs Armée zu observiren. Staats-Cansley XII. 613. it. Fouragier-Ordnung, Ibid. 626.

(d) Sub tit. Von Bestellung des Feld- und Neuter-Rechters.

F I N I S.

GENE-

GENEROSISSIMO DOMINO  
FRIDERICO ABRAHAMO  
DE HOPFFGARTEN

S. P. D.

PRÆSES.

**Q**ui totus in togatis studiis  
es, ubi in publicum  
prodeundum erat, ca-  
stra tamen, durumque  
martem sequi maluisti, quasi ex do-  
mo vestra militare quid traxissent mi-  
sæ Tuæ. Sed ut tum argumentum pro-  
bavi, ita nunc & modum laudo, quo  
tractasti: & agnoscent mecum indu-  
striam


QK TH 1936

X 23466 29

*striam Tuam intelligentes arbitri. Quæ  
quidem eo mihi amabilior semper visa  
est, quod Te bonæ menti non minus,  
quam literis operari, mores Tui pro-  
bent. Lubens recordor academicorum  
tuorum initiorum, eaque cum hoc tem-  
pore comparo: ratæ enim fuerunt spes  
nostræ, & Tua interea virtus*

*Crevit, occulto velut arbor ævo.*

*Habemus hoc votorum nostrorum pi-  
gnus, similique progressu eo enisurum  
Te auguror, ut reipublicæ, & gen-  
tis Tuæ decus aliquando habea-  
ris. Vale.*





Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

*SUMME REVERENDIS*  
ATQVE  
*GENEROSISSIMIS DOMINIS*  
DOMINIS  
**PRÆPOSITO**  
**DECANO, SENIORI**  
ET  
**CAPITULARIBUS**  
ECCLESIAE CATHEDRALIS  
NUMBURGENSIS  
*DOMINIS MEIS GRATIOSIS*  
HANC DISSERTATIONEM  
SACRAM ESSE JUBEO  
FRIDER. ABRAH. DE HOPFFGARTEN.